Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

calca. contumelias detrahentium. cum patientia supera. Sagittas
contumeliæ patientiæ clipeo frange. prepara contra asperum uerbū
tolerantiæ clipeum. contra linguæ gladium. patientiæ prebe scutum
Quā uis quisq; inrtuæ. quam uis incitæ. quam uis te exasperet.
quam uis insultæ. quam uis lacesset. quam uis conuitietur. quā
uis criminetur. quā uis adlitē prouocet. quam uis ad iurgium
prouocet. quā uis conuicia dicat. quam uis iniuriam faciat. quā
uis afficiat contumeliis. tu silē. tu tace. tu dissimula. tu contēne.
tu non loquaris. tu exerce silentium. Iniuriatus non respondeas. con-
uitium non retorqueas. contumeliam non rependas; Tene silentii
patientiam. tacendo citius uincas; Disce axpo modestiam. disce to-
lerantiam. Xpm adtende. q̃ non doles iniurias. Pro nobis nāq; passus.
nobis reliquid exemplum; Palmis cū percussus. flagellis cesus. spuris
derisus. clauis confixus. spinis coronatus. cruci damnatus. semp con
ticuit; Magna est uirtus si non ledas aquo lesus es. magna est fortitudo.
si q̃ iam lesus remittas. magna est gta si cui potuisti nocere parcas; Quan
do cū conuiciaris pro peccatis contingit tibi. quando iniuriaris. mala
tua id faciunt. Quicquid tibi contingit aduersum. pro tuo peccato
uire
emere tibi puta; Consideratione ergo iniustitiæ. dolorē repe-
[illegible] ra. leuius portabis. si pro quibus infertur intenderis; Cum
confu[illegible] ergo derogatur tibi. tu ora. cum maledicitur tibi. tu benedic.
maledicenti. benedictionē oppone. Irascentē. patientia delinire stu-
de. blandimento iracundiam furentis dissolue; Vince nequitiam leni-
tate. uince bonitate malitiam; Inimicos pacis. omni modestia placa.
mala aliorum. tuo bono exsupera. Tranquilla mente inlatas contume-
lias porta. aperi tranquillo cordis dolorē iniuriæ. tranquillo corde. do
lorē iniuriæ porta; Vulnus quamuis sit graue. apertum euaporat.
ualde cū comedit animum. uulnus inclusum. Quanto magis cū id
tegis. tanto maxime auges; Aperi ergo hoc grauato animo. q̃ nonte
excruciat. Si contristaueris inaliquo q̃ discordis e sit
fratrē tuum satisfac illi. si peccaueris in eum. age penitentiam coram illo;
Si offenderis quē quā repropitiare eum prece. Perge uelocitter. q̃ recon
ciliationē offensioni tuæ cito ueniam postula; Non dormias. nisi cito